ſias S.Ioannis, S.Mariæ, S.Bartholomæi, cum omnibus redditibus, & poſſeſſionibus, &c. Libertates quoque, & immunitates antiquas, & conſuetudines Monaſterio veſtro conceſſas, ratas habemus, & eas perpetuis temporibus illibatas, permanere ſancimus. Datum Laterani per manus Magiſtri Ioannis S.R.E. Vicecancellarij, ſexto idus Aprilis, Indictione 4. Incarnationis Dominicæ 1261. Pontificatus noſtri Anno VII.

D'Vrbano IV.

Plat. nella vit. d'Vrbano IV. fol. 170.

VRbano IV. per prima chiamato Giacomo, ò Pantaleone, come altri ſcriueno, nacque nella Citta di Treca in Francia; fù aſſonto al Potificato à di 29. d'Agoſto 1261. e doppo hauer tenuto la Sedia di S.Pietro, tre anni, vn meſe, e quattro giorni, morì à dì 7. d'Ottobre 1264. Queſto Sommo Pontefice, benche non habbia viſitato il Sagro Tempio, e Monaſterio di Monte Vergine: nondimeno ne fù tanto diuoto, che le concedè trè ampliſſimi Priuilegij, de'quali vno ne concedè all'Abbate, e ſuoi Soceſſori di detto Monaſterio, con l'vſo de Pontificali, conforme habbiamo detto di ſopra nel f.317. nel quale ſtà ſtampato detto Priuilegio, l'altro è l'infraſcritto, conceſſo nell'anno 1263. & il terzo è quello, della confermatione de tutte le noſtre Chieſe, e prerogatiue della noſtra Religione, & in particolare di poter' eſſere bendetto l'Abbate di detto Monaſterio, di Monte Vergine, c'hoggi è l'Abbate Generale della Religione, da qualſiuoglia Veſcouo.

Pri-

236

Priuilegio, d'Vrbano IV. conceſſo al Monaſterio, & Abbate di Monte Vergine, Nell'Anno 1263.

VRbanus, Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, Abbati, & Conuentui Monaſterij, Montis Virginis, ad Romanam Eccleſiam, nullo medio pertinentis, Ordinis S.Benedicti, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Priuilegium, Alexandri Papæ fęlic. mem. Prædeceſſoris noſtri, in quo dictum Cœnobium, cum omnibus Ecclesijs, & locis ſuis ſubditis, nullo mediante ad Romanam Eccleſiam pertinere, & quod non licet alicui Archiepiſcopo, aut Eccleſiaſticæ perſonæ eidem Monaſterio, & eius locis, & Ecclesijs, excommunicationes, & ſuſpenſiones indicere, vt Fratres illic Domino ſeruientes, ab omni Iuriſdictione, & Dominio quorumcumque Ordinariorum liberi, & libertatis gratia potirentur. Atque auctoritate Apoſtolica, & ſpeciali Priuilegio, Vos, & Eccleſias, & loca ipſi Cœnobio ſubdita, ab onere præſtationis, & ſolutionis cuiuslibet Canonis, Diœceſano Epiſcopo debiti, vel alteri cuicumque Eccleſiaſticæ perſonæ debiti, liberamus, & eximimus; Volentes, vos multa libertatis prærogatiua gaudere, & ſoli Romanæ Eccleſiæ cenſuales exiſtere. Datum apud Vrbem Veterem, quinto idus Ianuarij 1263. Pontificatus noſtri Anno II.

Priuilegio, d'Vrbano IV. conceſſo all'Abbate, e Monaſterio di Monte Vergine, Nell'Anno 1264.

VRbanus, Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis

Mmm Fi-

Filijs, Abbati, & Conuentui Monaſterij Sanctæ Mariæ Montis Virginis, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, tàm præſentibus, quàm futuris Regularem vitam profeſſis. Et ſi vniuerſæ Orbis Eccleſiæ, Apoſtolicæ Sedi, quæ diſponente Domino, ſuper illas ordinariæ poteſtatis obtinet Principatum, ſubeſſe noſcuntur, aliquas tamen interdum, de ſuæ auctoritatis plenitudine, ſpecialius ſibi ſubdit: ſic eas à cuiuslibet Iuriſdictione prorſus eripiens, vt nullum niſi Romanum Pontificem Superiorem, & Dominum agnoſcant, conſtituendo ipſas, quodam ſingulari Priuilegio, liberas penitus, & exemptas. Ea propter, dilecti in Domino Filij, veſtris poſtulationibus, gratu concurrente aſſenſu, præfatum Monaſterium S. Mariæ Montis Virginis, ſitum in Diæc. Auell. in quo deuotè impenditis Domino famulatum, ac Eccleſias, & loca omnia ſibi ſubdita, & perſonas eorum ad inſtar fælic. record. anteceſſor. noſtri Alexandri Romani Pontificis, in Ius, & proprietatem B. Petri, & prædictę Sedis aſſumimus, & præſentis ſcripti Priuilegio communimus, atque ab omni Iuriſdictione, & poteſtate,

Exemptio Monaſteriorum, & Monacorum ab omni iuriſdictione Epiſcoporum, & Prælatorum.

ac dominio, tàm Epiſcopi Auellini, qui pro tempore fuerit, quam quorumlibet aliorum Prælatorum, ſeù Eccleſiaſticarum perſonarum, illud cum omnibus locis, Eccleſijs, & perſonis ſuis, de ſpeciali gratia totaliter perpetuo eximentes. Ita quod, nec idem Epiſcopus Auell. nec aliquis alius Prælatus, ſeù quauis alia perſona Eccleſiaſtica, ipſum cum omnibus Ecclesijs, & locis ſuis, per Nos ab omni Epiſcopali iure prorſus exemptum, vel Vos, vel ſeruos Dei, futuris temporibus inibi ſeruituros, interdicere, ſuſpendere, vel excomunicare valeant, ſeu quocumque modo, alias in præfatum Monaſterium, Eccleſias, & loca eius omnia, & perſonas eorum Ius aliquod, habere poteſtatem, vel iuriſdictionem aliquam exercere, & ſi contrafacere præſumptum fuerit, ſit irritum, & inane. In primis, ſiquidem ſtatuentes, vt Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & B. Benedicti Regulam, in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus, inuiolabilitèr obſeruetur. Prætereà quaſcumque Eccleſias, poſſeſſiones, & quæcumque bona idem Monaſterium in præſenti via tenet, & poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeù alijs iuſtis modis pręſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, illibata permaneant. In quibus hęc proprijs nominibus, duximus exprimenda vocabulis.

Locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium, ſitum eſt, cum omnibus pertinentijs ſuis, Eccleſias Sanctorum Iuliani, & Thomæ MM. & Hoſpidale, ſitum in pede Montis Virginis, cum domibus, molendinis, & poſſeſſionibus, quas habetis ibidem. Eccleſiam S. Marię de Pręposito, & Caſale, quod ibi eſt conſtructum, cum omnibus pertinentijs ſuis. Caſtrum Mercuriani, cum Eccleſiis, hominibus, molendinis, iuribus, rationibus, & omnibus pertinentijs ſuis. In Territorio Auelleni, Eccleſias S. Marci, S. Damiani, & S. Nicolai, cum Hominibus, Terris, Vineis, Caſtanetis, molendinis, Iuribus, redditibus, & poſſeſſionibus, quas habetis ibidem. In Territorio Caſtri Submontis, homines, & alias poſſeſſiones, quas habetis ibidem. Homines, & poſſeſſiones, quas habetis in Monte Forti. In Diæceſi Nolana, homines, redditus, quos habetis in Caſali, quæ Muniarum, Camillarum Quadrellas, & Siriniarum vulgariter nuncupantur. Domum Baiani, cum hominibus, redditibus, doñ bus, & poſſeſſionibus, quas habetis in Caſali Auellæ, & perti-

nentijs. In Territorio Cicalæ, Eccleſiam S. Mariæ de Pleſco, cum hominibus, redditibus, & pertinentijs ſuis. Homines, redditus, & poſſeſſiones, quas habetis in Caſtris, quæ Octaiani, Summæ, & Mariliani, vulgariter nuncupantur, & pertinentijs eorumdem. In Territorio Lauri, Eccleſiam S. Iacobi, cum hominibus, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. In Territorio Palmæ, Eccleſiam S. Crucis, cum hominibus, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. In Ciuitate Neapolis, Eccleſiam S. Felicis. Domum caſecunearũ, homines, redditus, & poſſeſſiones, quas habetis in Ciuitate Auerſæ, & pertinentijs eius. Domos redditus, & molendinum, & poſſeſſiones, quas habetis in Ciuitate Capuæ, Caſalis Schauorum, in Caſale, Eccleſiam S. Mariæ, cum redditibus, domibus, & poſſeſſionibus ſuis. In Territorio Magdaloni, Eccleſiam S. Mariæ, cum hominibus, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. In Argentio, Eccleſiam S. Ioannis, cum hominibus, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. In Diæceſi Sarni, Eccleſiam Sanctæ Mariæ. In Caſali S. Marciani, cum hominibus, redditibus, molendinis, & poſſeſſionibus ſuis. Domos, redditus, & poſſeſſiones, quas habetis in Sarn. & pertinentijs ſuis. In Diæceſi Salerni, Hoſpidale pauperum, domos, molendina, redditus, & poſſeſſiones, quas habetis in Noceria, & pertinentijs eius. In Caſtro S. Seuerini, Eccleſiam S. Andreæ, cum hominibus, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. Poſſeſſiones, redditus, quos habetis in Montorio, & pertinentijs ſuis. Redditus, & poſſeſſiones, quas habetis in Furino, & pertinentijs eius. Domos, & poſſeſſiones, quas habetis in Salerno, & pertinentijs eius. In Ebulo Eccleſias S. Martini, & S. Blaſii, ac Hoſpitale pauperum, cum domibus, molendinis, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. In Territorio Altauillæ, Eccleſiam S. Ma-

Ma-

Mariæ de Foreſta, cum domibus, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. Eccleſiam S. Honuphrij, & Caſale, quod dicitur de Maſſa, cum hominibus, redditibus, poſſeſſionibus, & pertinentijs ſuis. In Territorio Atanæ, Eccleſiam S. Ippoliti, cum domibus, & poſſeſſionibus ſuis. In Territorio Padulæ, Eccleſiam S. Laurentij, cum domibus, redditibus, & poſſeſſionibus. In Territorio Camaratæ Eccleſias S. Mariæ, & S. Ioannis, cum domibus, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. In Diæceſi Aurnorum in Territorio Turbuliæ, Eccleſias S. Mariæ, & S. Margheritæ, cum domibus, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. In Territorio Florentiæ, Eccleſiam S. Mariæ de Armenis, cum domibus, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. In Diæceſi Tricarici, Eccleſiam S. Ioannis, & S. Mariæ de Angelis, homines, domos, redditus, & poſſeſſiones, quas habetis in S. Elerico, & pertinentij eius. In Territorio Albani, Eccleſiam S. Ycon. cum redditibus, domibus, & poſſeſſionibus ſuis, Eccleſias S. Elenę, & Sanctæ Mariæ de Functis, cum domibus, & poſſeſſionibus ſuis. Domos, & poſſeſſiones, quas habetis in Ciuitate Melphiæ. In Territorio Aſculi, Eccleſiam S. Petri, cum domibus, redditibus, molendinis, & poſſeſſionibus ſuis. In Diæceſi Bouinorum, in Territorio Roccæ S. Agathæ, Eccleſiam S. Petri, cum domibus, redditibus, molendinis, & poſſeſſionibus ſuis. In Territorio Caſtelluci de Sarno, Eccleſiam S. Ioannis, cum domibus, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. In Diliceto, Eccleſias S. Eliæ, S. Martini, & Nicolai, cum domibus, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. Domos, redditus, & poſſeſſiones, quas habetis in Ciuitate Troiana, & pertinentijs ſuis. Poſſeſſiones, quas habetis in Luceria; In Territorio Caſalis Noui, Eccleſiam S. Mariæ, cum domibus, redditibus, & poſſeſſio-

ſio-

ſionibus ſuis. Redditum ſexaginta ſertarum Anguillarum, quem habetis in lacu Aliſinæ. In Territorio Biſacciarum, Eccleſiam S.Petri de Pulueracchio, cum domibus, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. In Diæceſi Vici, in Territorio Vallatæ, Eccleſiam S.Georgij, cum domibus, redditibus, & pertinentijs ſuis. In Territorio Vici, Eccleſiam S.Ioannis, & Caſale, quod dicitur S.Ioannis de Aquaria, cum hominibus, molendinis, valcatorijs, domibus, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. Domos, redditus, & poſſeſſiones, quas habetis in Flumari, & pertinentijs eius. In Diæceſi Fræquentina, Eccleſiam S.Angeli, Pleſcum de Morra, cum domibus, nemoribus, & poſſeſſionibus ſuis. In Territorio Roccæ S. Felicis, Eccleſiam S.Cæſarij, cum domibus, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. In Territorio Frequenti, Eccleſias S.Nicolai, & S.Crucis, cum domibus, & poſſeſſionibus ſuis. Domus, redditus, & poſſeſſiones, quas habetis in Terris, quę Crypta de Albito, aqua putrida, vulgariter nominatur. In Territorio Paterni, Eccleſiam S.Quirici, cum hominibus, domibus, molendinis, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. In Diæceſi Nuſci, in Territorio Caſalis Balneoli, Eccleſias S.Sebaſtiani, & S.Laurentij, cum hominibus, molendinis, domibus, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. In Territorio Tauraſi, & Lapigij, Eccleſiam S. Mariæ. Domos, molendinum, redditus, & poſſeſſiones, quas habetis ibidem. In Ciuitate Ariani, Eccleſiam S.Benedicti, cum domibus, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. In Territorio Amanda, Eccleſiam S.Mariæ, cum poſſeſſionibus ſuis. In Territorio Apicij, Hoſpidale Pauperum, molendina, domos, & poſſeſſiones, quæ habetis ibidem. In Territorio Montis Fuſcoli, Eccleſias S. Ioannis, S. Mariæ, & S.Bartholomai, cum hominibus, redditibus, & poſ-

poſſeſſionibus ſuis. In Territorio Zuncoli, Eccleſiam S. Cataldi, cum domibus, molendinis, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. In Ciuitate Beneuenti, Eccleſiam S.Iacobi, & S.Vincentij, cum domibus, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. In Territorio Petra Pulcina, Eccleſiam S. Marci, cum domibus, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis. In Territorio Guliſani, in partibus Siciliæ, Roccellam, & Eccleſiam S.Saluatoris, cum domibus, molendinis, redditibus, & poſſeſſionibus ſuis, cum Terris, pratis, vineis, nemoribus, & paſcuis in Boſco, & plano, in aquis, & molendinis, in vijs, & ſemitis, & in omnibus alijs libertatibus, & immunitatibus ſuis.

Exemptio à ſolutione decimarum.

Sanè, laborum veſtrorum, quos proprijs manibus, aut ſumptibus colitis, ſiue de veſtris animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis, Clericos, vel Laicos, liberos, & abſolutos à ſæculo fugientes ad conuerſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Probibentes inſuper, vt nullus Fratrum veſtrorum, poſt factam Monaſterio veſtro profeſſionem, fas ſit, abſque Abbatis ſui licentia, de eodem loco diſcedere: Diſcedente verò, abſque litterarum veſtrarum cautione, nullus audiat retinere.

Cum autem, Generale interdictum Terræ fuerit, liceat vobis, clauſis ianuis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce, Diuina officia celebrare, dumodò cauſam non dederitis interdicto; Chriſma verò, Oleum Sanctum; Conſecrationem Altarium, ſeù Baſilicarum; Ordinationes Clericorum, qui ad ordines fuerint promouendi, & alia Eccleſiaſtica Sacramenta, à quocumque malueritis Catholico Antiſtite, ſuſcipere auctoritatem, & communionem Sedis Apoſtolica

licæ habente, qui noſtra fretus auctoritate vobis, quod poſtulatur, impendat. Libertates quoque, & immunitates antiquas, ac conſuetudines Monaſterio veſtro conceſſas, ratas habemus, & eas perpetuis temporibus illibatas permanere, ſancimus. Sepulturas quoque ipſius loci, & Eccleſiarum ſuarum, liberam eſſe decernimus, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi fortè excomunicati, & interdicti ſint, aut etiam publicè vſurarÿ, nullus obſiſtat. Ad hæc adÿcimus, vt nullo Archiepiſcopo, ſeu Epiſcopo facultas, ac ſine Romani Pontificis licentia, Monaſterium ipſum, Eccleſias, & loca ſibi ſubiecta, vel Monacos, ſeù Clericos, qui in Eccleſiis ipſis, vbi Monachi ſunt morantes, interdicto, vel excomunicationi ſubÿcere; Sed deinceps, omninò licentiam damus, & concedimus vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus, inueſtitores fieri Eccleſiarum veſtrarum, quas in Caſtris, Villis, & in prædÿs veſtris habetis. Præterea auctoritate S. Sedis Apoſtolicæ, concedimus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum omnes oblationes viuorum, & legata defunctorum in integrum, quæ à modo, & deinceps ipſi Monaſterio, & Eccleſiis illi ſubiectis, à quibuſcumque perſonis liberis data fuerint, depoſita, vel relicta. Decimas quoque, & poſſeſſiones ad ius Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ à laicis detinentur, redimendi, & legitimè liberandi de manibus earum, & ad Eccleſias, ad quas pertinent reuocandi, libera ſit vobis, de noſtra auctoritate facultas.

Munus Benedictionis, Abb. Monaſterÿ Montis Virg.

Obeunte verò te, nunc eiuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeù violentia præponatur, niſi quem Fratres comuni conſenſu, vel Fratrum, maior pars Conſilÿ ſanior, ſecundum Dei timorem, & B. Benedicti Regulam,

prouiderint eligendum. Electus verò liceat ei auctoritate Sedis Apoſtolicæ, à quocumque maluerit Catholico Antiſtite, Munus benedictionis ſuſcipere; Fretus autem huius noſtræ gratiæ ſpecialis, liceat quoque vobis conferre pœnitentiam, ob deuotionem, ad ipſum Monaſterium confluentibus, & Monachis etiam conſtitutis, in Eccleſiis veſtris habendi Parochias, & Caſalia, fontem ibidem habere, Pænitentiam, & Baptiſmum dare. Paci quoque, & tranquillitati veſtræ, paterna in poſterum ſollicitudine prouidere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum, ſeù Granciarum veſtrarum, nullus rapinam, ſeù furtum facere, aut igne apponere, ſanguinem fundere, homines tenere, capare, aut interficere, ſeù violentiam audeant exercere. Si quis autem, aduerſus Monaſterium prædictum, iuxta ſe putat habere quærelam, & apud eiuſdem Cænobÿ Abbatem, vel Monachos litem, ſeù decernere, aut definire voluerit; Volumus, atque ſtatuimus, vt ante Nos, vel Legatos noſtros quærimonia deferatur, quatenus æquitate Iudicÿ, ſine perſonali acceptione ſua, cuique Iuſtitia, Deo auctore ſeruetur.

Præterea omnes libertates, & immunitates a Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, Monaſterio veſtro conceſſas, Nec non libertates Epiſcoporum, & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus, & Pontificibus, vel alÿs Chriſti fidelibus vobis indultas, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentes ſcripti patrocinio communimus. Decernimus ergo, vt nulli omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut quibuslibet vexationibus ſuffragare, ſed omnia integra ſeruentur eorũ, pro quarum gubernatione,

aut ſubſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura, ſalua Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Ad indicium autem ab Apoſtolica Sede, huiuſmodi libertatis perceptæ obulum vnum aureum Nobis, noſtriſque ſucceſſoribus, annis ſingulis perſoluatis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecolariſue perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis paginam, ſcientèr contra eam temerè venire tentauerit, ſecundo, tertioue commonita vis, reatum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſue ſui careat dignitate, reumque ſe diuino Iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubiaceat vultioni. Cunctis autem eidem loco ſua Iura ſeruantibus, fiat pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem, præmia æternæ pacis inueniant. Amen. ✠ Amen. ✠ Amen. ✠



Ego Vrbanus, Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Symon, Tituli S. Martini, Presbyter Cardinalis.
Ego Antherus, Tituli S. Praxedis, Presbyter Cardin.
Ego Guilielmus, Tituli S. Marci, Presbiter Cardinal.
Ego Frater Ambaldus, Baſilicæ XII. Apoſtolorum, Presbyter Card.

Ego

Ego Odo, Tuſculanus Epiſcopus.
Ego Stephanus, Præneſtinus Epiſcopus.
Ego Radulfus, Albanenſis Epiſcopus.
Ego Henricus Hoſtienſis, & Velletrenſis Epiſcopus.
Ego Guido, Sabinenſis Epiſcopus.
Ego Riccardus S. Angeli, Diaconus Cardinalis,
Ego Ioannes, Sancti Nicolai in Carcere Tullianus, Diaconus Cardinalis.
Ego Octobonus Sancti Andriani, Diaconus Cardinalis.
Ego Iacobus, Sanctæ Mariæ in Coſmodina, Diaconus Cardinalis.

Datum apud Vrbem Veterem, per manus Magiſtri Michaelis, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarij. Idibus Ianuarij, Indictione ſeptima, Incarnationis Dominicæ Anno 1264. Pontificatus verò Domini Vrbani Papæ IV. Anno III.

Di Bonifacio IX.

BOnifacio Nono, per prima chiamato Pietro Tomacello, nacque in Napoli, & in età giouanile, non più che di 30. anni, fù aſſonto al Pontificato in Roma à di 2. di Nouembre 1389. Doppo hauer tenuto la Sedia di S. Pietro Anni 14. e Meſi 9. morì al primo d'Ottobre 1405. Queſto Sommo Poteſice, mentre nacque in Napoli, non più, che 28. miglia diſtante dal Sagro Tempio, e Real Monaſterio di Monte Vergine, prima d'eſſer ſtato creato Cardinale, congetturò fuſſe andato à viſitarlo, mentre come informato delli Priorati, e Beneficij della Religione, & anche delle Terre, e Caſali del *Plat. f. 205*